

4.

M(einhard) an G.: bittet um Unterstützung des im vorigen Brief ausgesprochenen Wunsches, macht Bestellungen an Hermann, Eudo und Orgilinus und bittet um einen Brief (des Archidiacons Odo von Reims?)

(1062 Mai—Juli.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 46'.

Dilectissimo hospiti G. M. omne omnino bonum.

Rogo, ut domno nostro archidiacono suggeratis pro eo, quod ipse tum de illo adolescente nostro flagito.¹ Nichil est, quamobrem tam impense illud velim inparatum, nisi frater suus N., quem vos probe nosse non ambigo. Familiaris ille domni mei est et nostri valde studiosus et sperat me tantum apud vos posse, ut per me apud vos hoc obtineat. De puero vestro G. nollite sollicitari, sanus et incolumis est et nunc de novo studiis proficit. Bonam spem capio vestris eum votis responsurum. De domno Herimanno optimo^a viro et peritissimo², cuius ego sine lacrimis numquam possum meminisse, obsecro vos et obtestor, ut transcribi mihi faciatis, quantum fieri possit, omnem statum eius. Eudonem michi salutate et Orgilinum nostrum insignem arte medicum^b et totam domni nostri familiam. Ipsum mihi ammonete, ut suas ipsius mihi litteras neque alius^c mittat. Vere dixerim plus illas quam totum Ciceronem apud me valituras.

5.

Der Dekan P(oppo) und M(einhard) an Bischof G(unther von Bamberg): berichten von der Freude über die Rückkehr Forchheims in bambergischen Besitz, danken für die dem Bruder Hartwig erwiesene Wohltat und raten zur Bereinigung der Angelegenheit der Abtei Bergen.

(1062 Juli—August.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 47.

Dilectissimo domno G. P. decanus M. suus^a Deo gratias.

4. ^a) folgt vestro getilgt c. ^b) meticum c. ^c) so c.

5. ^a) von anderer Hand über der Zeile: scolasticus c.

¹) Dieser Brief ist also ein Begleitschreiben zum vorigen. ²) Vgl. oben S. 361.